Salzburg/Domstift, 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ceci eduxit eum extra uicum: et cecpuens i oculos eius. impositis manibus suis interrogauit eum si aliquid uideret. Et aspiciens ait. Video homines ueluti arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus sup oculos eius et cepit uidere. Et restitutus est: ita ut uideret clara omnia. Et misit illum in domu suam dicens. Vade in domum tuam: et si in uicum introieris nemini dixeris. Dō. xvii. ad ephesios

Fres: Obsecro uos ego uinctus in domino: ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis. cum omni humilitate et mansuetudine cum pacia subportantes inuicem in caritate. sollicti seruare unitatem spiritus i uinculo pacis. vnum corpus. et vnus spiritus. sicut uocati estis in una spe uocationis uestre. Vnus dominus: una fides. vnum baptisma. vnus deus et pr omnium qui est sup omnes. et p omnia in omnibus nobis. qui est benedictus in secula seculorum amen. scdm lucā

In illo tempe: Cum intraret ihs in domu cuiusdam principis pharisaeorum sabbato i manducare panem. et ipi observabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus erat ante eu. Et respondens ihs: dixit ad legispitos et pharisaeos dicens. Si licet sabbo curare: At illi tacuerunt.